

ecclesia que nūc est destructa. Prope hoc est mons in cuius pede faciunt quinquē milia hominum de quinquē panibus et duobus piscibus ut euangelium testatur. In capite huius montis versus aquilonem est altum et fortissimum castrum cuius villa filii iaphet vocatur. In quibus temporibus meis iudeus westfa. cum uxore habitauit.

De ciuitate Dan.

Non longe ab isto castro quondam pulcherrima ciuitas nomine Dan fuit sita sed nunc quasi deserta et est terre promissionis alter terminus.

De quantitate terre promissionis.

Quia promissionis se extendit a Dan usque Bersabee de aquilone et continet in longitudine circiter triginta miliaria. et in latitudine continet a finibus iherosolymis in septentrione de oriente in occidentem circiter triginta miliaria huius patrie ut audiui a curiosis soldatis et incolis fide dignis qui etiam illam terram describebant. non longe a Dan versus aquilonem est ciuitas quondam pulchra nomine belmas sed nunc cesarea philippi vocata in pede huius montis libani delectabiliter situata sed non bene inhabitata. prope quam ihesus interrogauit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis et euangelium testatur. Non longe a ciuitate est fons iuxta quendam montem qui diuidit ydumeam et fenice. Idem fons sabbath vocatur vulgariter quoniam nisi sabbatis fluit. Igitur hijs omnibus perlustratis pertransitur iordanis in loco quo primo a mari exit. per hanc ultra iordanem due congre-

gationes cum dimidia receperunt hereditatem et fluxus iordanis diuidit galileeam et ydumeam et multis uillis et locis perlustratis de quibus non loquitur scriptura nec in itinere uidentur aliqua specialia et sic peruenit et transitur si placet ad quandam villam in qua iob est sepultus. Iuxta eandem villam sanctus paulus fuit prostratus et ibidem conuersus. et distat a damasco fere per unam dietam.

De Damasco ciuitate.

De villa proceditur et peruenit in damascum. Damascus est ciuitas antiquissima. et a damasco seruo abrahe fundata nobilis pulchra et gloriosa et omnibus mercimonijs ditissima et in loco quo capharnachum fratrem suum interfecit sita. et omnium bonorum plus tam artificialiter quam naturaliter amenissima victualibus et speciebus lapidibus preciosis sericis margaritis pannis aureis ornatibus de india tartaria egipto et syria ac partibus cismarinis ac omnibus rebus preciosis quas humanus cor poterit excogitare habundantissima pomerijs et uiridarijs artificialiter circūclusa aquis fluentibus riuulis et fontibus intus et extra ad luxum hominibus artificialiter undique et inaudite populosa diuersis artificibus et mechanicis artificiosissimis et nobilissimis et mercatoribus ditissimis inhabitata et inter natatores et cantores auium per totum annum et humanis negocijs refocillatibus et humanis delectationibus incredibiliter decorata et unumquodque generis artificum residet per se in platea speciali. et unusquisque artifex secundum opus suum et artem ante domum suam de opere suo mechanico

put artificialius nobilius et specia-
lius pre alio poterit ultra q̄ dici pos-
test ornari. Similiter mercatores de
mercimonijs ibidē faciūt et oīa ope-
ra mechaica artificialiter nobilit et
mirabiliter fiūt sed multū care ven-
dunt vniūsa. diuites vero ciues ante
domus suas omnia genera auū can-
tancū se3 philomenarū quiscularū
galandiarū et hmoi habent penden-
tia et per totū annum eque bene na-
turaliter cantant et melius in hye-
ris tēpore q̄ in estatis ardore et per
omnia alia genera auū et auicula-
rū se3 coruorū picarū vpuparū me-
cularū et hmoi que ad humanā lo-
quelā informari possunt ut hoies lo-
quentes diuersimode audiunt. Et li-
cet ciuitas sit tā populosa tū omnia
mercimonia relinquunt absq; custo-
dia tū nullus est tam senex q̄ aliquē
homine ibidē interfectū recorderet. nec
aliqua ex omnib; venalib; vel mer-
cimonijs rarissime vel nunq̄ furant
et ad omnia q̄ vendunt et quecūq;
sunt semper sūt specialia sc̄a ad hec
deputata. In foro quo vendunt ci-
baria tantus popul⁹ quotidie videt
quantus vnq̄ in vno loco fuit visus
et oīa genera cibariozū que cogitas-
ri possunt ibidem delicatissime repe-
riunt decocta et ad illa diligētissime
habetur custodia et per libras et per
pondera vendunt cuncta et ibidē di-
uersa reperiunt panū genera et come-
dunt. In damasco est fortissimū cas-
strū soldani in quo rex damasci ha-
bitauit. Ano dñi. m. ccc. xlv. in vigi-
lia sancti Georgij per regem dama-
sci et vulgū persecutio et interfectio
xpianorum ut in partibus istis bre-
uiter iudeozū fuit exorta sed nō dus

rauit persecutio et interfectio xpiano-
rum nisi per mensem. sed per dei gra-
ciam per soldanum bene fuit vindi-
catum ut postea audietis. In dama-
sco sunt q̄ plurima catholicorū et he-
renitarū ecclesie et monastiria gra-
ciosa ex quib; sibi sarzacenī pulciorā
ecclesiā assumpserunt in qua corpus
eximij doctoris et magne autoritatis
virī sancti Iohannis damasceni re-
quiescit. et ante hanc ecclesiam ma-
iestas dei adhuc notabiliter mansit de-
picta. Etiam per damascum fluuius
ex fluuiō farfar artificialiter ducit et
q̄ plurima artificiosissima regit mo-
lendina. in circuitu damasci infinita
sunt pomeria et viridaria per hyemē
et estatem gramina herbas fruct⁹ ro-
sas et flores producencia et cantib;
omnium generum auū et auicularū
amensime et plus in hyeme q̄ esta-
te. Nec viridaria et pomeria circue-
unt ciuitatem circa duo miliana et
ex iporum fructib; tota terra per to-
tum annū recenter habūdat. et etiā
regiones a longe distantes. unde in
oriente cōmune est puerbium caput
hyrie damasc⁹. et greci reuerentia et
dilectiouem semper pollidamos ap-
pellant id est ciuitas damascena. de
alijs damasci mirabilib; et amemb;
longum esset enarrare.

De monte sardenay.

DE damasco pceditur minus
q̄ in vno die ad montē quē
monstrauit deus abrahe ut
filium suum ysaac super eum ymmo-
laret. Hic mons se3 seu sardenay
vocat. Et transiit primo per duo
flumina damasci farfar et albana. in